IRIMBERTUS ADMONTENSIS

Admont, um 1175 Seite 390

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in bethlehem. et nunc uadimus ad domum
dei. nullusque nos sub tectum suum uult suscipere
habentes paleas et fenum in asinorum pabulum.
et panem ac uinum in meos et ancillae tuae usus.
et pueri qui mecum est. Nulla re indigemus.
nisi hospicio. Cui respondit senex. Pax tecum
sit. Ego prebebo omnia quae necessaria sunt.
tantum queso ne in platea maneas. Intro
duxitque eum in domum suam. et pabulum
asinis prebuit. ac postquam lauerunt pedes
suos recepit eos in cenuium. Illis epulantibus.
et post laborem itineris cibo ac potu refici
entibus corpora uenerunt uiri ciuitatis illius
filii belial. idem absque iugo. et circumdantes
domum senis fores pulsare ceperunt. claman
tes ad dominum domus atque dicentes. Educ ui
rum qui ingressus est in domum tuam. ut abu
tamur eo. Egressusque est ad eos senex et ait.
Nolite fratres nolite facere hoc malum. quia in
gressus est homo hospicium meum. et cessa
te ab hac stulticia. Habeo filiam uirginem et
hic homo habet concubinam. educam eas ad
uos ut humilietis eas. et uram libidinem
compleatis. tantum obsecro ne scelus hoc
contra naturam operemini in uirum. Nolebant
acquiescere sermonibus eius. Quod cernens ho
eduxit ad eos concubinam suam. et eis tra
didit illudendam. Qua cum tota nocte
abusi essent. dimiserunt eam mane. At
mulier recedentibus tenebris uenit ad hostium
domus ubi manebat dominus suus. et ibi corruit.
Mane facto surrexit homo. et aperuit ostium
ut ceptam expleret uiam. et ecce concubina eius
iacebat ante ostium sparsis in limine ma
nibus. Cui ille putans eam quiescere loque
batur. Surge. et ambulemus. Qua nichil
respondente intelligens quod erat mor
tua. tulit eam et imposuit asino. reuersusque
est in domum suam. Quam cum esset
ingressus. arripuit gladium. et cadauer
uxoris cum ossibus suis in duodecim partes
ac frusta concidens. misit in omnes terminos
israel. Quod cum uidissent singuli. conclama
bant. Numquam res talis facta est in israel.
ex eo die quo ascenderunt patres nostri de
egypto usque in presens tempus. Ferte senten
tiam. et in commune decernite quid facto
opus sit. Egressi sunt itaque omnes filii israel. et
pariter congregati quasi uir unus. de dan
usque bersabee. et terra galaad. ad dominum in
maspha. omnesque anguli populorum. et cunctae
tribus israel in ecclesiam populi dei conuenerunt.
ecce. milia peditum pugnatorum. Nec latu
it filios beniamin. quod ascendissent filii
israel in maspha. Interrogatusque leuita maritus
mulieris interfecte. quomodo tantum scelus perpe
tratum esset. respondit. Ueni in gabaa beni
amin cum uxore mea. illucque diuerti. et
ecce homines ciuitatis illius circumdederunt
nocte domum in qua manebam. uolentes me
occidere. et uxorem meam incredibili libidi
nis furore uexantes. Denique mortua est.
Quam arreptam in frusta concidi. misique par
tes in omnes terminos possessionis uestrae. quia
numquam tantum nefas. et tam grande pi
aculum factum est in israel. Adestis omnes
filii israel. decernite quid facere debeatis. Stansque
omnis populus. quasi unius hominis sermone
respondit. Non recedemus in tabernacula
nostra. nec suam quisque intrabit domum. sed
hoc contra gabaa in commune faciemus.
Decem uiri eligantur e centum. ex omnibus tri
bubus israel. et centum de mille. et mille de
decem milibus. ut comportent exercitui ci
baria. et possimus pugnantes contra ga
baa beniamin reddere ei pro scelere quod me
retur. Conuenitque uniuersus israel. ad ciuita
tem quasi unus homo. eadem mente